



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Benedictio Thalami.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

*Benedictio Thalami.*

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

**B**enedic **X**, Domine, thalamum hunc , ut omnes, habitantes in eo,in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant,& senescant , multiplicentur in longitudine dierum , & ad regna cælorum perveniant. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen. *Deinde aspergatur Thalamus aquâ benedictâ.*

*Benedictio novæ Navis.*

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

**P**ropitiare, Domine, supplicationibus nostris , & benedic **X** navem istam dexterâ tuâ sanctâ, & omnes qui in ea vehentur,sicut dignatus es benedicere arcam Noë , ambulantem in diluvio : porrige eis,Domine, dexteram tuam,sicut porrexisti beato Petro,ambulanti supra mare : & mitte sanctum Angelum tuum de cælis , qui liberet & custodiat eam semper à periculis universis ,cum omnibus